Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



61

monemus agnoscere quæ precipimus. sumere quæ dispensamus; Si autem pharisei sumus alligantes onera grauia. et imponentes humeris uestris quæ dicimus facere et iam si quæ facimus improbatis. nobis autem minimum est ut a uobis iudicemur aut abhumano die. quam germana caritate sit nobis cura de uobis ille inspiciat qui deus quod inspiciendum eius oculis offeramus. postremo quod uultis sentire. paulus apls uobis precipit et obsecrat in dno. ut cum silentio. idest cum quiete obedientes ordinati operantes. uestrum panem manducetis; Nec de illo ut arbitror aliquid male credetis. et illum qui per eum loquitur credidistis. De his qui contra apostolicam probationem comam nutriunt. Quid autem iniquius quam uelle sibi obtemperare a minoribus. et nolle obtemperare maioribus. s apostolo dico non nobis intantum ut et iam comam nutriant. Vnde de illa nec disputare omnino uolui dicens; Si quis autem uult contentiosus esse nos talem consuetudinem non habemus. neque ecclesia di; Hoc aut precipio ut scilicet non differentis sollertia requiratur. s; precipientis auctoritas adtendatur; Nam et hoc quo pertinet quæso tam aperte contra apostoli precepta conari. an ita uacandum est ut nec tonsores operentur. an quia euangelicas uolucres imitari se dicunt. quasi depilari timent nec uolare non possint. s Verror in hoc uitium plura dicere propter quosdam crinitos fis quorum preter hoc multa et propter omnia uere mur. sed quo magis eos in xpo diligimus et sollicitius ammonemus. nec metuimus ne humilitas eorum respuat ammonitionem nam; Quando quidem et nos a talibus ubi forte turbamur aut aberramus cupimus ammoneri; Vt nullus seruus di peruersitatem nutriendarum crinium imitetur. quorum uiriosissima superfluitatem singula denudat et condempnat. Hoc ergo ammonemus tam scos uiros ne stul